

IOANNI III. PORTVGALIÆ
REGI SERENISSIMO.
CONCLUSIONES LOGICAS



PRAESES IDE
P. M. PETRO PEIXOTO E SOCIETATE IESV.
HIERONYMVS PEIXOTO DA SYLVA,
Defensurus in Academia Conimbricensi integradie Martij.
D. D. & C.

Da Liraria de S. João Evangelista de Sabregas

ЕРІАЛГАРДІІНІАОН
ЯНАІГАРІІСІМО.
СОУСІДІІСІДІІ



ДЕЛЕГАТЫ АКАДЕМИИ ОЛИМПИЧЕСКИХ ИГР
ИМЕЮЩИХ ПРЕДСТАВЛЕНИЯ
ПРИ МЕЖДУНАРОДНОЙ АССОЦИАЦІІ
Д. Д. С. С.

N V N C V P A T I O.

MEMENSÆ Lusitania felicitati forem
 injuriis, REX SERENISSIME, si
 meis auspicijs, alios, quam, tuos oculos soli-
 citare. Quid enim illa patietur quari ex-
 trate, qua Regem simul, & Patrem obti-
 nuit, à cuius aspectu, & meritum, & mer-
 cedem largo cum fænore tui mutuantur Lusitani. Hinc ti-
 mui, dum mihi regale patrocinium requiro, ne ingratitimo
 ris reus merito postularer, si ab eo Rege petere formidarem,
 ut Clienti manum facilis porrigeret, quem Deus è cruce
 manum porrigens propterea donauit, ut ipsius regalem dex-
 tram nemo sine criminè contractam suspicaretur. Augusta
 proinde frontis benignum intuitum, & debitum exigere, &
 gratosum implorare cur non audeam? Quem nimirum de-
 bitorem formauit paternus à Rege amor; gratosum, ipsius
 supra quacunq; officia augusta maiestas? Atqui si ex sola fa-
 cilitate, qua à tuis rogari cupis, REX SERENISSIME,
 meritum facis, en tuo erga clientes filios amori blandiens,
 quem suscipias animū offero satis benemeritum; utpote qui
 literario quoque certamini præsentem voco, quem vel ab-
 sentem, benevolum habuisse satis est, ut cedat timor, & con-
 cedat Victoria. Neq; indigna sunt Palladis stationes, quibus
 presit, & imperet invictus Rex: arma non semel tractarunt
 manus ipse, qua calamos: & calamis, & armis Academia
 Regem suū IOANNEM IV. cordibus simul scripsit, atq;
 vocibus proclamauit. Testantur foro, platea, & Compita
 Conimbricensia ad latissimum nuntium impatienter exultan-
 tia: scilicet diutius latere flamma non potuit, qua deside-
 rius nutrita impetus violenter continebat: adolescentibus wo-
 tis aluit spem desiderium, erupentibus exitum fecit libertas.

Qu

Qua primū usi propatruales mei Dominicus Ribeyro Cyrne, & Emmanuel Peyxoto Cyrne, primi quoque Academicis conuentibus, regiam vocem suscepimus, & extulimus. Adolescebat iam inuita dies, & noctis lumina solitò velocius properabant; certabat fortasse cum nocte dies, utrapræ latitia jucundius Regi plauderet optatissimo: vicit utrāque Dominici ardor, qui ex tribus natu maior, nulli erga patriam fidelitate minor equum concendit, è curia publicum vexillum extrahit, & in ciuitatem excurrens communem fidem copijs stipatus excitat, & confirmat: donec sequenti die ciui fidelissimo vexillum comittit ea lege, ut à senata, & gloriose adultam proclamationem exultanti populo prorogaret. Quod ut præstaremus à maioribus nostris animū, atq; fidem, non tam didicimus, quam hereditario acceperimus. Qui erga Portugalia Reges at auos tuos se ita benemeritos exhibuere, ut non minus officia, quam beneficia Regia maiestati debuissent. Nouere Reges Lusitani Peyxotos, Cyrenes, Deças, & Sylvas meos, clientes obseruantissimos, quibus Reges ipsi in longam posteritatem beneficentissimi fuere. Horum ergo vestigia imitati fore speramus, ut hac sola inditia, quemadmodum obsequiosum animum modos significant, ita maiora deinceps in Regē merita portendant. Majoribus juuabit insudare, & pro charissimo Rege diffilimā quaque subire, cum Orbis uniuersus Lusitanū sceptrum sub te vel lubens colet, vel inuitus adorabit. Mu tuo interim jure, & Regia magnificentia ingenij munusculum fidens offero, & ab eadem successui fortunam nuncupo, ut offerentis animi affectus ab accipiente euadat pretiosus, eoque felicior quod tanto Regi, Domino, ac Parenti deuotus esse potuit, & acceptus.

ATRAMGENAS REGAE AB ALPHONSO.

ATRAMGENAS REGAE AB ALPHONSO
Sextu[m] Joannis VI. p[ro]p[ter]it
ib[us] eccl[esi]e dignitatis h[ab]itu[m]e legi[m]e regis
Imperio. Tunc i[n]tra Regis d[omi]ni regis
Sextu[m] Joannis VI. p[ro]p[ter]it
ib[us] eccl[esi]e dignitatis h[ab]itu[m]e legi[m]e regis
Imperio. Tunc i[n]tra Regis d[omi]ni regis

QUESTIO PRINCEPS.

VTRVM DETVR NOMEN, QVOD
SIT REGIÆ MAIESTATIS
COMPREHENSIVVM?
JOANNES
EST NOMEN EIUS.

SECONDA

TERTIA

PRIMA CONCLVSION.

VTRVM GENVS REGALE AB ALPHONSO
primo Lusitanie Rege legitimè deductum vsque
ad Serenissimum IOANNEM IV. plurimas
specie differentes nationes fælici Imperio
respiciat? Nascentis referunt
cunabula solis.



OLIVS intellectus beneficio datur vniuersale, virtute tantum ab inferioribus separatum. Ad illud requiritur Vnitas formalis, ac Præcisionis, quas & reales, & rationis vnitates, aliæ comitantur. Vnitas præcisionis, non negatiua solum, sed etiam priuatiua vniuersalis aptitudinem antecedit. Rursus ad vniuersale duplex requiritur aptitudo, altera ad effundendum, ad prædicandum altera: neutra est aliquid posituum, nec in proximam diuiditur, & remotam. Vniuersale sumptum pro aptitudine, seu vnitate præcisionis, siue pro relatione vniuocum est; adæquatè, non tamen immediatè in quinque vulgatas species dissecatur. Genus vnicar relatione speciem ferit, ac indiuiduum: species per diuersam refertur ad genus ab ea qua illud respicit indiuidum. Porro Vniuersalis, ac Indiuidui, nec non & Particularis sexdecim supra viginti relationes propugnamus.

SECVNDA

SECVNDA CONCLVSTO.

IVTRVM PIAAT RIÆGP AVT ERNVS
Veg amor sit differentia maximè propria Serenissimi
Regis IOANNIS reparatoris nostri?
Si non amaret fecerat ille minus.

Nnullo ente vel in omni, vel in aliquo genere simpliciter infinito vniuersalitas reperitur: in partibus vero physicis, in partibus integrantibus, subsistentijs, vniōnibus, inhārentijs, & existentijs vera vniuersalis ratio concedenda. In negationibus, & priuationibus merè negatiuè sumptis minimè inuenitur generis, aut speciei natura: oppositum dicendum, si vt entia rationis accipientur. Creator tam comparatione Dei, quam Trium Diuinarum Personarum, quinti prædicabilis rationem subire non potest, respectu Dei, & creaturæ instrumentaliter creantis potest. Omnia prædicata assumptiua viam constituendo vniuersalis speciem de possibili sub quinto prædicabili collocantur. Differentia adæquate diuiditur in Communem, Propriam, & Maxime propriam. Omnes relationes facientis differre, & facti differenti possunt esse reales, dummodo fundamentum remotum non sit rationis.

TERTIA

QVINTA

RTYANQ

OFERTIA CONCLVSI.

VTRVM SUBSTANTIA LVSTITANI

Inperij eō felicitatis deuenerit sub IOANNE Rege
potentissimo, vt vltterius non possit suscipere
magis; aut minus? *Ecce aduenit
plenitudo temporis.*

NS prædicamentale adæquate, non tam
men vniuocè diuiditur in substantiam,
& Accidens. Decem sunt genera sum-
ma prædicamentorum, nec plura, nec
pauciora. Substantia prædicamentalis
definitur Ens per se subsistens. Si roges
quid addat supra naturam subsistentia? De facto positi-
uum aliquid modaliter à natura distinctum esse respon-
deo; de possibili posse, vel re ipsa, vel virtute solum di-
stinctum esse affirmo. Subsistentia vel à natura emanat,
vel ab externo agente producitur. Natura sine vlla sub-
sistentia potest diuinitus existere, potest terminari pluri-
bus subsistentijs proprijs, pluribus alienis, vna propria,
& alia aliena. Possibilis est substantia spiritualis physicè
composita, possibilis corporea completa physicè sim-
plex. Impossibilis substantia relatiua, item tam naturali-
ter, quàm obedientialiter inhærens impossibilis. Concre-
ta substantialia præter naturam formaliter etiam subsistē-
tiam important. Item concreta accidentalia, me iudice,
formam,inhærentiam, & subjectum de formali adsignifi-
cant.

QVARTA

QVARTA CONCLUSIO.

VTRVM LVSITANORVM OPTATVM

quando hoc Æui respiciat?

Respexit tandem.

diuinitus maxime.

.

VANTITAS realiter à substantia distinguitur, illius essentia in aptitudinali extensione per ordinem ad locum sita est, neque in naturaliter penetrari duo corpora, diuinitus maximè. Ut fiat penetratio nihil posituum tolli debet à quantitate, sed solum negatio quædam actualis penetrationis, in qua tantum à nobis actualis impenetratio constituitur, auferenda est. Qualitas per se primò ordinatur ad perficiendam substantiam in essendo, vel operando. Diuiditur adæquate in quatuor vulgares species, quæ ex suo genere sola distinctione virtuali contentæ sunt. Dantur relationes reales à fundamentis virtute tantum distinctæ, quæ ad terminum absolutum referuntur. Una actio diuinitus per aliam fieri non repugnat, idem de passione dicendum. Vbi est modus à revicata distinctus. Neque Situs ab Vbi, neque prædicamentum; Quando, ab existentia plusquam virtualiter distinguuntur. Habitus denominatio est à corpore circumiacente proueniens.

ATXII

SEPTIMA

QVINTA

QVINTA CONCLVSIO.

VTRVM CHRISTI DOMINI E CRVCE
auulsa dextera in exaltatione Serenissimi Regis
IOANNIS respectu diuersorum signum
sit naturale lætitiae, & mæroris?
*Mitissima sors est regno-
rum sub Regenouo.*

SSENTIAM signi duplex integrat ha-
bitudo, altera ad rem, ad potentiam al-
tera: secundum respectum ad rem, in na-
turale, & ex instituto, secundum respe-
ctum ad potentiam in formale, & in-
strumentale adæquate distribuitur. Sig-
num formale est ens per se, ex instituto semper est per ac-
cidens. Relatio signi naturalis ad rem significatam est
realis, non ita tamen relatio signi ex instituto. Relatio sig-
ni formalis ad potentiam est realis, signi instrumentalis e-
tiam realis esse potest. Relatio signi naturalis non coinci-
dit cum relatione causæ, & effectus. Una relatio potest
esse signum sui correlatiui, & similiter negatio suæ formæ
negatæ. Inter signum physicum à parte rei, & illius signi-
ficatum, requiritur distinctio à parte rei, inter signum
verò virtuale, seu quo ad nos, distinctio tantum virtualis
sufficiens est. Diuina omnipotentia est signum respectu
creaturarum.

ATQVINTA

SEXTA

QVARTA

S E X T A C O N C L V S I O .

V T R V M S E R E N I S S I M V S B R I G A N T I Æ
Dux THEODOSIVS restitutum sibi Portugaliæ
Regnum iampridem viderit apud Ideas
diuinas? *Vidit, nec inuidit.*



OSTER Intellectus non solum in via,
sed etiam in Patria, non in cognitioni-
bus tantum naturalibus, sed etiam super-
naturalibus signorum usum habet. Sen-
sus externi omnes, & interni signis utun-
tur formalibus, instrumentalibus autem
nec diuinitus uti possunt. Idem de voluntate tenendum
est. Porro Contingentia duplex est, altera in essendo, in
operando altera. Nullus intellectus creatus futura con-
tingentia certò naturaliter cognoscit; potest tamen illa
cognoscere supernaturaliter eleuatus. Non repugnat
quod intellectus aliquis actus liberos in Deo abstractiue
cognoscat ut futuros: de actibus necessarijs aliter iudi-
candum. Notitia intuitiua, & abstractiua in suo esse adæ-
quato specie distinguuntur. Possibilis est vna tertia specie
distincta, quæ simul habet esse inadæquatum utriusque.
Possibilis notitia quidditatiua Dei non intuitiua; impos-
sibilis comprehensiua.

SEPTIMA

SEPTIMA CONCLVSION.

VTRVM SERENISSIMI REGIS
IOANNIS inauguratio fuerit terminus, in quem
afflcta adeò ad cælum gementis Lusitaniæ
oratio resoluta fuit? *Rex vnde à la-*
crymis finem allature
tuorum.

ERMINV'S est in quem resoluitur propositio, ut in prædicatum, & subiectum ipso esse, addito, vel diuiso. In verbum, est, nexus orationis adsignificans non resoluitur propositio. Si roges Vtrum Propositio in Affirmatiuā, & Negatiuam vniuocè diuidatur? Affirmatiuè respondeo, si mentaliter accipiatur. Demonstratio est syllogismus constans ex propositionibus veris, primis, & immediatis prioribus, notioribus, causisque conclusionis; ac proinde scientia semper est discursiva. Nunquam in homine formalis discursus inuenitur, quin naturaliter virtualis etiam inueniatur. Sed dubium est Vtrum scientia ex suo lumine virtualiter discursiva, ex libertate cognoscentis possit esse discursiva formaliter? Non potest. In fide diuina nec discursus formalis, neque etiam virtualis inuenitur. Deo discursum virtualem, non pauci denegant, sed immerito.

OCTAVA CONCLVSIO.

Vtium hic Paralogismus,

VTRVM NOVVSI MODVS CONCLVDENDI
quo Lusitani proceres prius euulgarunt conclusio-
nis libertatem quam præcognita, sit efficax?

Exitus acta probat.



CIRE est cognoscere causam ob quam res est illius causam esse, & fieri non posse, ut res aliter se habeat. Scientiæ, & primorum principiorum habitus nostris actibus acquiruntur. In eodem intelle-
ctu notitia discursua simul, & iudicati-
ua primorum principiorum esse potest; quæ tum tempo-
ris notitiæ in unum actum conspirare facile poterunt,
qui actus vtriusque medij perfectionem non eminenter
solum, sed etiam formaliter continebit. Formatis Prin-
cipiorum assensibus aliquando humanus intellectus à
Voluntate directo potest impediri nè conclusioni De-
monstrationis etiam euidentis lassentiatur. Scientia in
communi diuiditur adæquatè in scientiam Quia, & Prop-
ter quid, ac vniuocè mentaliter accepta. Actus scientiæ,
& opinionis extrinsecè formidolosæ respectu èiusdem
obiecti simul esse nequeunt; verum hoc fieri non repug-
nat si intellectus in diversis locis existat.

NONA

PRO

NONA CONCLVSIO.

VTRVM SYLLOGISMI PATROCINANTES
alienigenæ in jus Portugaliæ Sophistici sint, &
Pseudographi? Sileant veris, qui
omnia miscent.



SYLLOGISMVS Oratio est, in qua quibusdam constitutis aliud quidpiam ab his, quæ constituta sunt, necessariò euenit ex eo, quod illa alia priori consensu statuta sunt. In quatuor partitur membra, nempe Scientificum, Topicum, Sophisticum, & Pseudographum, ad quæ mentaliter acceptus vniuocus est. Ex vna præmissa scientifica, & alia topicâ conclusio quæ deducitur, est probabilis. Ex vna probabili, & altera sophistica, conclusio est sophistica. Ex vna Sophistica, & altera Pseudographa sequitur conclusio Sophistica. Ex vna naturali, & altera supernaturali conclusio sequitur præmissam deteriorem. Petes, Vtrum Medium scientificum cum opinatiuo ad vnum actum concurrere valeat? Affirmo: nunquam tamen cum motiuo opinatiuo extrinsecè formidolofo in vnum actum concurrent. Cæterum motuum scientificum cum medio de Fide diuina ad vnum tertium concurrere non repugnat.

ANON

PRO

PRO ELENCHIS.

Vtrum hic Paralogismus,
VIVAT REX, VIVAT REX LVSITANORVM
IOANNES HOC NOMINE IV. VIVAT,
VICTOR. Peccet in aliquo? In publica com-
moda peccent, si non nascentem
solem sua sydera
adorent.

Cum facultate Superiorum.

V L Y S S I P O N E.

Apud Paulum Craesbeeck. Anno Domini
M. DC. XXXXI.

PRAELOGISMO CONCLUSIO.

Vtum p[ro]p[ter]e P[re]logismo.

M[od]estus REX TAVIN
V[er]itatis INNOCENTIUS HOD[em] N[on] S[ed] M[od]estus
NIGOR[em] P[re]ceccio[rum] I[de]a[rum] V[er]itatis
P[ro]p[ter]e P[re]logismo.

Scimus quod
Iohannes.

YLLOGISMVS Oratio est, in qua cib[us]dam constitutis aliad cib[us]am ab his, quae constituta sunt, successari cunctis ex eo, quod illa alia priori confessu statuta sunt. In quatuor partibus membra, n[on]m[od]e Scientifica, Topicum, Sophisticum, & Pseudographum, adhuc mentaliter acceptus unusquisque est. Ex una premilla Scientifica, & alia topicum conclusio quae deducitur, est probabile. Ex una probabili, & altera sophistica, conclusio est sophistica. Ex una sophistica, & altera Pseudographa sequuntur conclusio sophistica. Et, cum tunc specie Speculationis, naturale conclusio sequitur praemissa determinata. Per se Vetus Me-
num scienti. E. N. S. I. P. O. N. E. T. L. Y. C. M. co-
siderare valent. Affirmationes neutræ non sequuntur con-
clusiones. Ab ipso Christo predicatione anno Domini
M. DC. XXXI. Ceterum in unum medium
Fide diuina ad unum scriptum esse non repug-
nat.